



BAAL HERMON, Iudic. 3. v. 3. mons idem, qui *Hermon*, quasi Hermon Baalis, seu mons Iftius idoli; vel vallis erat montis Hermon; vel urbs in valle; cum Baal Hebraeus vallem significet.

BAALMAON, Iof. 13. v. 17. Vide *Baalmeon*.

BAALMEON, Num. 32. v. 38. Iof. quidem 13. v. 17. nos- ter Interpres scripsit *Baalmaon*, est autem idem locus in tribu Ruben. Idem etiam cum *Beelmeon*, 1. Par. 5. v. 8. & forte idem cum *Beon*, Num. 32. v. 3.

BAAL PHARASIM, 2. Reg. 5. v. 20. & 1. Paralip. 14. v. 11. significat vallem divisionum, & non videtur procul ab Hierosolyma, & à valle Raphaim extitisse.

BAALSALISA, 4. Reg. 4. v. 42. videri posset eadem esse civitas, quæ Segor. Vide *Bethsalisa*.

BAALTHAMAR, Iudic. 20. v. 33. in tribu Benjamin, iuxta Gabaa.

BABEL, quæ & *Babylon*, Chaldaicarum gentium caput, Gen. 10. v. 10. & sæpissimè in Scripturis. Erat iuxta Euphratem in campo Sennar. Significat confusionem.

BABYLONIA, Chaldaeorum seu Assyriorum Provincia, cuius Babylon erat Metropolis, Baruch 1. v. 1. & 4. cap. 2. v. 22. & c. & de captivitate Babylonica frequentius.

BABYLON, 1. Pet. 5. v. 13. per Babylonem verius Apostolus intelligit Romam. Quamvis Metropolis Aegypti apud profanos auctores non infrequenter etiam Babylon Aegypti vocetur.

BAHURIM, 2. Reg. 3. v. 16. oppidum seu castrum tribus Benjamin ad Orientem Ierusalem.

BALA, Gen. 14. v. 8. quæ est Segor. S. Hier. Zoara nuncupatur. Sola de quinque Sodomorum urbibus, precibus Lot servata, in finibus tribus Iuda, imminens mari Mortuo.

BALA, Iof. 19. v. 3. Vide *Baalaa*.

BALAAAM, 1. Paral. 6. v. 70. Vide *Baalam*.

BALAATH, Iof. 19. v. 44. urbs in tribu Dan, quam ædificavit Salomon, 2. Paralip. 8. v. 6. eadem cum *Baalath*, 3. Reg. 9. v. 18.

BALANUS, Gen. 35. v. 8. in LXX. *Βάλανος κήρυς* & legitur in Vulgata *Quercus stævus*.

BALANUS, S. Hier. Iudic. 9. v. 6. significat ibi Quercum Sichimorum, ubi regnavit Abimelech. Et tempore S. Hier. ostendebatur locus illius, in suburbano iure Neapoleos, prope sepulchrum Ioseph.

BALOTH, Iof. 15. v. 24. urbs tribus Iuda, ac forte eadem, quæ est *Afor nova*. Vide *Afor*.

BAMA, 1. Reg. 9. v. 12. 13. & 14. ubi Vulgata legit in excelsis, & in excelsis, ibi LXX. constanter voce *Bama*, quasi propria, usi sunt. *Bama* igitur, teste S. Hier. apud Aquilam, excelsus significat.

BAMOTH, Num. 21. v. 19. & 20. *vallis est in regione Moab*.

BAMOTHBAAL, Iof. 13. v. 17. civitas Amorrhæorum, quam possederunt filii Ruben. Significat excelsa *Baal*.

BANE, Iof. 19. v. 45. urbs tribus Dan.

BARACH, vel *Barac*, Iof. 19. v. 45. urbs in tribu Dan. S. Hier. prope Azotum, inquit, viculus Baraca appellatur.

BARAD, Gen. 16. v. 14. locus in deserto, ad Meridiem terræ promissæ.

BARNE, S. Hier. Vide *Cadesbarne*.

BARASA, 1. Mach. 5. v. 26. civitas munita in Galaaditide, tribus Gad.

BASAN, Num. 21. v. 33. Basanitæ regio trans Iordanem. Vide *Avothiair*.

BASCAMAN, 1. Machab. 13. v. 23. Calmeto videtur eadem quæ *Bezec*, & *Baschar* in tribu Iuda. Lubin. ex Gr. ponit in Galaaditide, in tribu Gad.

BASCATH, Iof. 15. v. 39. in tribu Iuda, inter Lachis & Eglon.

BATANEA, vide *Basan*.

BATHNE, Iof. 19. v. 25. vocatur *Beten*. Etate S. Hier. erat vicus Betheten in octavo milliario Ptolemaidis contra Orientem.

BATHUEL, 1. Par. 4. v. 30. Vide *Bethul*.

BAURAM, 1. Par. 11. v. 32. *Azmosh Bauramites*. Vide *Beromi*.

BAZIOTHIA, Iofue 15. v. 28. urbs in tribu Iuda.

BETHANIA, Ioan. 11. v. 18. aberat hæc Ierofolymis quasi stadiis quindecim. Distinctus est locus ab eo, qui in nostra versione Ioan. 1. v. 28. vocatur Bethania, nam ille iuxta Origin. Chrysoft. Theophil. Euthim. Epiphani. & c. est *Bethara*; licet pro *Bethara*, *Bethabara* legant; & *Bethabara domum transitus* significat: *Bethania* autem *domum humilitatis*.

BETHANOTH, Iosue 15. v. 59. S. Hieronymo *Bethaloth*, in tribu Iuda.

BETHAPHU, Iosue 15. v. 34. LXX. in melioribus Codicibus; & in nostra versione *Taphua* legitur. In tribu Iuda erat vicus trans Raphaim: significat autem *domum pomi*.

BETH ARABA, Iosue 15. v. 6. & 61. in tribu Iuda. Cap. 18. v. 22. in tribu Benjamin. Unde videtur locus communis duabus tribubus, Iudæ & Benjamin.

BETHARAN, Num. 32. v. 36. & Iosue 13. v. 27. civitas tribus Gad iuxta Iordanem, quæ à Syris dicebatur *Betharantha*, vel *Betaraphtha*; & ab Herode in honorem Augusti *Livias* cognominata fuit; vel, ut scribunt alii, *Lulias*.

BETHAVEN, Iosue 18. v. 12. solitudo in tribu Benjamin, iuxta Hai & Bethel contra Machmas: plerique putant eandem esse ac Bethel & Bethaun, id est domus idoli, ut quæ antea vocabatur domus Dei, nomen hoc acceperit, eo tempore quo ibi à Ieroboam filio Nabath vituli fabricati sunt, & à decem tribubus adorati.

BETHAZMOTH, 2. Esd. 7. v. 28. Vide *Azmaveth*.

BETHBERA, Iudic. 7. v. 24. interpretatur domus aquæ sive putei. Vicus in tribu Benjamin, non procul à Iordane.

BETHBERAI, 1. Paralip. 4. v. 31. Vide *Bethlebaath*.

BETHBESSEN, 1. Machab. 9. v. 62. & 64. urbs in deserto, quodam autem illud sit desertum, non est exploratum.

BETHCHAR, 1. Reg. 7. v. 11. hic locus cum esset iuxta lapidem adiutorii, erat in tribu Iuda. Varia potest *Bethchar* significare, vel domum focuarum, vel domum pascuorum, vel domum agni.

BETHDAGON, Iosue 15. v. 41. urbs tribus Iuda. Significat autem domum seu fanum idoli Dagon. Quin & 1. Machab. 10. v. 83. fumitur *Bethdagon* pro ipso Dagonis fano quod erat in Azoto.

BETHDAGON, Iosue 19. v. 27. civitas in tribu Afer.

BETHEL, Gen. 28. v. 19. in Scripturis nominatissima, cecidit in sortem tribus Benjamin. Et quæ prius *Luz*, id est Amygdalum vocabatur, postea dicta est *Bethel*, id est domus Dei.

BETHEMEC, Iosue 19. v. 27. urbs tribus Afer. Symmachus interpretatur significare locum vallis.

BETHER, Cantic. 2. v. 17. dubitatur an sit nomen proprium, & ubi sui sint istius nominis montes: an sit appellativum. Non pauci vertunt, montes divisionis; seu, ut LXX. *ἄγρος κορυφῶν*, montes cavitarum. Hoc est, abrupti petris hinc inde prominentibus, capreis tamen hinc illucque facilè pervii.

BETHGAMUL, Ierem. 48. v. 23. est forte nomen familiæ, non loci. *Gamul* erat vigesima secunda familia sacerdotalis, 1. Par. 24. v. 17.

BETH HAGLA, Iosue 15. v. 6. item cap. 18. v. 19. & 21. civitas tribus Benjamin ad Austrum iuxta tribum Iuda. *Domum Gyri* seu *Circuli* significat. Vide *Area Atad*.

BETHIESIMOTH, Iof. 13. v. 20. Ezech. 25. v. 9. eadem quæ *Bethsmoth*, Num. 33. v. 49. & Iof. 12. v. 3. civitas in campestribus Moab, ad Aquilonem, quæ fuit tribus Ruben.

BETHLEBAOTH, Iosue 19. v. 6. primum in tribu Iuda, postea tribui Simeon concessa. Ea ipsa apparet, quæ Iosue 15. v. 32. *Lebaath* scribitur. Ac eadem, quæ 1. Paralip. 4. v. 31. *Bethberai* legitur.

BETHLEHAM, Gen. 35. v. 19. & frequentissimè in Scriptura, civitas David in tribu Iuda, & natalis locus Salvatoris nostri. Est in sexto ab Aelia milliario contra Meridianam plagam, iuxta viam, quæ ducit *Chebron*. Significat autem domum panis.

BETHLEHEM, Iosue 19. v. 15. civitas in tribu Zabulon.

BETHMAACHA, 2. Reg. 20. v. 14. & 15. Vide supra *Abel-*

*Beth-Maacha*, quæ significat *Abel domum Maacha*.

BETHMAON, Ierem. 48. v. 23. civitas Moabitarum, verisimiliter eadem quæ est *Baalmeon* vel *Beelmeon*: significat autem *Bethmaon* domum habitationis. Fuit in tribu Ruben.

BETHMARCHABOTH, Iosue 19. v. 5. & 1. Paralip. 4. v. 31. urbs in tribu Simeon.

BETHNEMRA, Num. 32. v. 36. Hanc extruxerunt filii Gad iuxta Livadem seu Bethsaidam, non procul à Iordane.

BETHNATH, S. Hier. Videtur esse eadem civitas tribus Nephthali, quæ *Bethanath* dicitur. Vide eam supra.

BETH HORON, Iosue 10. v. 10. civitas duplex, una inferior, & alia superior in tribu Ephraim, quam utramque ædificavit Sara mulier de tribu Ephraim, 1. Paral. 7. v. 24. Inferiorem quoque, quæ erat in finibus Australibus illius tribus, & superiorem, in finibus Borealibus, instauravit Salomon, 2. Paralip. 8. v. 5. In libris Paralip. Vulg. legit *Bethoron*. Significat autem domum furoris. Occurrit quidem 2. Reg. 2. v. 29. Beth horon regio, Iordani adiacens; sed huius vocis diversa à præcedenti est in Hebræo scriptio.

BETHPHAGE, Matth. 21. v. 1. villula iuxta montem Oliveti. S. Hier. & alii passim interpretantur domum oris vallis.

BETH HELET, Iosue 15. v. 27. & *Bethphaleth* scribitur 2. Esdræ 11. v. 26. urbs in tribu Iuda. Significat domum evasione.

BETHPHESES, Iosue 19. v. 21. civitas in tribu Issachar. Significat domum oris fontis.

BETHPHOGOR, Iosue 13. v. 20. urbs trans Iordanem, Rubenitis attributa. Nomen habet ab idolo fœdissimo Phogor, seu *Beelpogor*, qui idem qui Priapus, quem Moabitæ coluerant.

BETHSAIDA, Matth. 11. v. 21. Luc. 10. v. 13. & sæpius. Civitas Galilææ in Decapoli. A Iosepho 18. Antiq. cap. 3. vocata *Lulias*, & apud Calmet *Livias*.

BETHSAIDA, Ioan. 5. v. 2. Hier. legendum putat *Bethesda*, uti legunt Græci Codices & nonnulli Latini, uti & versio Syriaca. *Bethsaida* significat domum piscationis, vel venationis. *Bethesda* autem iuxta modum quo scribitur, significat vel domum misericordie, vel domum effusionis.

BETHSALISA, LXX. 4. Reg. 4. v. 42. eadem cum *Baalalisa*, uti legit nostra versio. Etate S. Hier. erat villa in finibus Diopoleos.

BETHSAMES, Iosue 21. v. 16. 4. Reg. 14. v. 11. & 2. Paral. 25. v. 21. civitas sacerdotalis tribus Iuda. Significat autem domum solis. Hæc *Bethsames* vocatur 1. Paralip. 6. v. 59.

BETHSAMES, Iosue 19. v. 38. civitas munita in tribu Nephthali, ex qua prius incolæ non eiecerunt, ut habetur Iudic. 1. v. 33.

BETHSAMES, in tribu Issachar, Iosue 19. v. 22.

BETHSAN, Iosue 17. v. 11. urbs in dimidia tribu Manasse cis-Iordanina. Non eiecerunt inde veteres habitatores Manassæ, ut habet Iudic. 1. v. 27. Significat autem *Bethsan*, non tantum domum inimici, sed etiam significare potest domum quietis; aut etiam e contra, domum tumultus. Eadem posterioribus temporibus dicta est à Græcis Latinisque auctoribus *Scythopolis*, à Scythis incolis, qui eam occuparant. Auctor Libri 2. Machab. cap. 12. v. 29. etiam civitatem *Scytharum* appellat, & incolæ eius v. 30. *Scythopolitas*.

BETSEMES, 1. Paral. 6. v. 59. Vide *Bethsames*.

BETHSETTA, Iud. 7. v. 23. Sanfon condidit cum *Bethzecha*, 1. Mach. 7. v. 19. & cum *Bezeck*, Iud. 1. v. 4. 5. & 1. Reg. 11. v. 8. ubi *Bezeck* legitur: locum ponit cis Iordanem, non longè à Iabes Galaad trans Iordanem. Contentit Lubinus, & statuit in media tribu Manasse. Tamen *Bezeck* fuisse videtur in tribu Iuda, ex 1. Iud.

BETHSIMOTH, Num. 33. v. 49. urbs in tribu Ruben, erat trans Iordanem in campestribus Moab. Significat autem domum solitudinis. Vide *Bethiesimoth*.

BETHSUR, Hebræa & LXX. Iosue 15. v. 58. ubi textus nos- ter habet *Bethsur*. In tribu Iuda.

BETHSURA, 1. Machab. 4. v. ult. & in Libris Machab. sæpius. Arx fuit munitissima, à Ierofolymitane urbis Meridiem, in petra & rupe constituta, ad cuiusmodi urbis defensionem. Significat autem domum petra.